UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Preceptorium diuine legis venerabilis fratris Joha[n]nis Nider de ordine predicatorum

Nider, Johannes

Nurnberge, 28.VII. 1496

Octauus de reco[n]ciliatione calumnia [e]t oratione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31252

Visual Library

ctionis ē. vt Aug. ꝓbat in enchiridi-
on. Et vt ibidē dīc. Eſſet adhuc maio
ris pfectionis. ꝙ hō magno conatu. ꝛ
pfecto amore elicito ferret dilectiue
in inimicū cū affectu ſibi volendo bo
nū. potiſſime dū ille inimicus actu of
fendit. vt fecerūt xp̄s in cruce. ꝛ Ste-
phanus moriturus.

Capitulum. viij.

Ecundo cum inimici nos pſe-
quant. ore debem⁹ eis dilectio
nis bñficia oñdere. nō ſolū cor
A de. ſ; etiam ore. Qḋ fieri pōt triplicit
de qbus ꝓ pſenti tractabit. Primo ḋ
recōciliatione. Secūdo de vitāda ca-
lumnia. Tertio de orōne ꝛ de impen
dēda bñdictiōe. Primum ad pmū va
let illḋ Matt. v. Si offers mun⁹ tuū
ad altare ꝛ recordat⁹ fueris ꝙ frat tu⁹
hz aliqd aduerſuz te. relinq ibi mun⁹
tuuz añ altare ꝛ vade recōciliari fratri
B tuo. Vbi pmo notandū. qd ſit tem
plū. in quo offerēdū ſit mun⁹. qd alta
re ſup quo. ꝛ quid mun⁹ ſeu ſacrificiū
Tēplum ē aīa mūda ꝛ corp⁹ q ſunt
deo p xp̄i paſſionē in baptiſmate ꝯſe-
crata. teſte aplo. j. Cor. iij. Neſcit qꝛ
tēplum dei eſtis vos. Et iterū. Tēplū
dei ſanctum eſt qḋ eſtis vos. Et alibi.
Empti eſtis precio magno. glificate ꝛ
portate deū i corpe vr̄o. Altare ē fides
vera ꝛ firma. de q Heb. vlt. Habem⁹
altare de q edere nō habēt q tabnacu-
lo deſuiūt. fundamētū em̄ aliud. ſup-
ple. ꝙ fidē Jeſu xp̄i. nemo pōt ponē
pter id qḋ poſitū ē. qḋ ē xp̄s Jeſus. j.
Cor. iij. qꝛ ſine fide impoſſibile ē pla
cere deo Heb. xj. Munera ꝛ oblatio
nes ſunt act⁹ pncipalit interiores aīe.
vt meditatio bonoꝝ. cōplacētia diui-
noꝝ. affect⁹ ꝛ orō mētalis. dei dilectio
ꝛ ꝓximi. ꝛ hiis ſilia. Ex qbus interius
in tēplo cordis oblatis dz hō ꝓrum-
pere ad actus exteriores latrie vl du-
lie. vt ad iubilationē. hymnū. orōnez

vocalē. oblationē. opa mīe copalia ꝛ
ſpūalia. ꝛ ſilia. q ſine interioribus mu-
nerib⁹ fere nulla ſunt. Et iſta ē expo-
ſitio ſm Aug. Scḋo notandū ꝙ iſta
munera nō eēnt deo grata ſi nō eēt in
offerēte charitas fratna. Vñ nullum
op⁹ ē deo acceptū ſine charitate. teſte
aplo. j. Cor. xiij. dicēte. Si linguis ho-
minū loqr ꝛ āgeloꝝ ꝛc. ꝛ iō factur⁹ alıq
qḋ op⁹ bonū qḋ ē mun⁹. dz quidē bo
nū ꝓpoſitū nō totalit dimittere. ſ; inte
nus relinquere añ altare. id eſt. hmōi
opus differre ad fratrē pgere pedib⁹
corpis vel aīe. ꝛ recōciliari fratri ſatiſ-
faciēdo. vbo. facto. vl vtroqȝ. ꝛ tūc of-
ferre dz mun⁹ ſuū. vñ Aug. in ſmone
dñi in mōte. Cum aliqd tale oblaturi
ſum⁹. in interiori tēplo pgenduz ē ad
reconciliationē cum fratre dimittēdo
tale munus ſpūale. pgendū ē non pe
dibus corporis. ſ; motib⁹ animi. hūilit
te ex affectu ꝓſternēs fratri ad quem
chara cogitatiōe cōcurras in ꝯſpectu
eius cui munus oblatur⁹ es. Sed ſi
frater pñs ē ꝛ ad eū potes ire nō ſimu
lato aīo lenire atqȝ in grāz reuocare
veniā poſtulādo. ſi hoc corā deo pus
feceris pgens ad eū non pigro motu
corporis ſ; celerrime dilectōis affectu
atqȝ inde veniēs. i. intētionē reuocās
ad id qḋ agere ceperas. offeras mun⁹
tuū. Hoc em̄ remediū eſt cōtra pctm̄
ire. qḋ ſm Augu. ſupbi amplecti non
valēt. Inflati em̄ hoc medicamē cha-
ritatis ꝛ humilitatis ſubire nolunt.
Tertio notandū ꝙ trib⁹ modis cō- C
tingit fratrē hr̄e aliqd ꝯtra te. Primo
modo ſi ille habeat cōtra te iram aut
odium. ꝙuis tu illi nullā iniuriā fece
ris nec fueris ſibi iniuſte ꝛ p aliqḋ de
bitū cauſa iſtius odij aut ire. ſed forte
ſuſurratores aliqui ſuis ſuſurrijs hoc
fecerīt. Aut ille forte frat ſpōte aſſum
pſit ſibi ꝯtra te irā. odiū vl indignatio
nē ex falſa vl ſolū eſtimata iīuria quā

credit ex leui aut friuola ſuſpitõe. In
iſto caſu nõ eſt p̄ceptū vt ad eū vadas
ꝛ coneris ꝓcurare recõciliationē ſui.
cū nullā ſibi iniuriā fecerit. Eſſet tñ cõ
ſilij ꝛ magni meriti ſe hūiliare coram
fratre mõ ſtatim dicēdo et eū ad pacē
ꝛ cõcordiā reuocare. Et etiam adhuc
maioris meriti ꝛ ꝑfectiõis ħ agere cū
fratre. quē tu nõ offendiſti. ſed ipe te.
Vñ Chryſo. Ne dicas. mihi nocuit.
nõ ego illi. Si eñ ꝓ gloria ſalutis tue
iubet deꝰ amicitiā facere tu offenſus
debes p̄uenire offendentē. vt duplicē
gloriā ꝯſeq̄ris. vnā ſcʒ qꝛ iniuſte offen
ſus es. aliā qꝛ p̄or ad amicitiā moues
D Et eſt aduertēdū ꝙ in illo caſu non
debet hõ a fratre ſibi ſic ſine cã iraſcē
ti veniā petere. ex quo nõ in eū delīq̄t
ſʒ vadat ad eū ꝛ ſe apud ipm excuſet.
ſine charitatiue declaret ꝙ in euʒ non
peccauit. ꝛ ſine demerito cõtra eū ira
ſcitur. ꝛ ſic eū a rancore ꝛ ira reuocet.
niſi forte hõ timeret ꝙ hmõi hūilis
reuocatio veriſimiliter in detrimentū
fratris cederet iniuſte iraſcētis. q̄ forte
aut ſupbiret. aut audacius alijs noce
ret. Et cū hoc timeret. cautiꝰ eēt vt in
termedie ꝑſone rācoroſuʒ inducēdo
ad ꝯcordiā ponerent. ꝛ innocētē petē
do ꝓ dimiſſione offenſe. Vñ Aug. in
ſmone dñi in monte. Tunc hʒ frater
aliq̄d aduerſum nos. cū nos eū in ali
quo leſimus. Nos aūt aduerſus euʒ
habemꝰ ſi ipe nos leſit. vbi nõ ē opus
ꝑgere ad recõciationē. ſʒ tñ dimitte-
re. ſicut tibi ad oīa dimitti cupis. q̄d
ipſe cõmiſeris. Et in ſmone de cõcor-
dia fratrū cuius initiū. dies iſti. dicit
Auguſ. Nolo vt mētiaris. nolo vt di
cas illi. da mihi veniā. qꝛ te noſti non
peccaſſe in fratrē tuuʒ. ſʒ tu ſcis ꝙ iſte
peccauit in te. nõ tu in illū. Noli veni
re ad fratrē tuū q̄ i te peccauit ꝛ vltra
ab eo petere veniā. debēt tñ inter vos
eſſe alij pacifici q̄ illū obiurgēt. vt a te
p̄us veniā petat. Tu aūt eſto paratꝰ
ignoſcere prorſus ex corde dimittere.
iam dimiſiſti. habes adhuc q̄d facias
ora ꝓ illo vt petat a te veniam. qꝛ ſcis
ei nocere ſi nõ petit. Scdõ ꝯtingit E
fratrē aliq̄d habere contra te. vt ſi ha-
bet contra te iram vl' odiū. ideo qꝛ tu
ei iniuriā feciſti. ꝛ ei iniuſte cauſa ꝛ oc
caſio illius odij fuiſti. In illo caſu de
bes omiſſis alijs actibus tuis fratri a
te leſo ꝓ iniuria ſibi illata ſatiſfacere.
actu aut volūtate. ꝛ ei mõ ſupradicto
vt melius poteris recõciliari. Unde
Chryſoſto. ſup illo. Vade p̄us recõci
liari fratri tuo. dicit in ꝑſona dei. Ego
libēter cõtemnor. ego libēter honoris
mei patior dānū. libenter ego dñs ex-
pecto ſuos. tantūmõ vos in amicitiā
veniatis. Vade ergo vt ſcias. qꝛ plꝰ diligo
ꝯcordiā fidelium meoꝝ. q̄ʒ mūera. qꝛ
mūera hoīm nullū faciūt deo lucrū.
charitas v̄o illoꝝ. dei gl'iaʒ opatur. ꝓpt
hoc itaqʒ oīa facta ſunt. ꝓpter hoc deꝰ
homo factus eſt ꝛ ꝓpter hoc vniuerſa
negociatus ē. vt hoīes ad charitatiuā
cõcordiā in bono cõgregaret. Et iterū
Q̄diu hoīes fideles inter ſe aliquam
diſſenſionē habuerint munꝰ eoꝝ non
ſuſcipitur. orõ nõ exauditur. nec deꝰ vult
eſſe amicus fideliuʒ q̄ʒdiu inter ſe fuerīt
inimici. Et ꝯſequēter dicit. Qual' aūt
p̄ceſſit offenſio. talis debet ſequi recõ
ciliatio. Si opibꝰ offendiſti. opibꝰ re-
cõciliare. ſi cogitatu offendiſti. cogita
tu recõciliare. ſi v̄bis offendiſti. v̄bis
recõciliare. Idõ etiā xp̄s Math. v. ſta
tim poſt p̄fata v̄ba vbi docet recõcilia
tionē fraternā dicit. Eſto ꝯſentiēs ad-
uerſario tuo cito dum es in via cū eo.
ne forte tradat te aduerſarius tuꝰ iu-
dici. ꝛ iudex tradat te miniſtro ꝛ i car-
cerem mittaris. Amen dico tibi. non
exies inde donec reddas nouiſſimuʒ
q̄drantē. Ubi ſm Aug. ꝑ aduerſariū
in via intelligit ille cui iniuriā fececiſti.

Per iudicē xp̄s. Per miniſtrū demō
Per carcerē infern⁹. Et donec. capiat
non ꝑ diſtantia tp̄is finita. ſʒ infinita.
penas eñ ibi poſitus ſemꝑ reddet et
F nunq̄ ꝑſoluet. ¶ Tertio modo ꝯtin-
git ꝙ frater tu⁹ hʒ aliq̄d aduerſum te
vt ſcʒ cū tu ſibi iīuriā feciſti. hoc hʒ cō
tra te. ⁊ licet ſciat ꝙ ſibi iniuriā feciſti
ſiue neſciat. nullū tñ cōtra te hʒ ꝓpter
hoc iram odiū vel rancorē. In iſto ca
ſu nō oportet ledentē petere veniā et
ad ꝯcordiā reducere. imo in caſu non
expedit. vt ſi leſus ignoraret ſibi iniu-
riā factā. q: hoc faciendo ſibi manife-
ſta occaſio rācoris daret. tñ debito iu-
ſticie oportet vt leſo ſatꝫ fiat cui abſtu
liſti honorē vel res. ꝑ verba vel facta
ſatiſfaciēdo. Vñ Aug. i ep̄la ad Ma
cedoniū. Si alienuʒ quoniā pctm̄ eſt
cum reddi poſſit nō reddit. nō agitur
penitētia. ſʒ fingit. ſi aūt veraciter agit
non dimittit pctm̄ niſi reſtituat abla-
G tum. ¶ Sunt aūt circa p̄cedētia duo-
decim dubia que mouet Humbert⁹
in expoſitione regule beati Auguſ. ⁊
ſoluit. Dubitat p̄mo. quem modū te
nere debet qui recōciliare vult fratrē
queʒ offendit. Rñ. triplicē. verbo pla-
cet. cito ⁊ māſuetudine. Primo q̄deʒ
quilibet tenet ad ſatiſfactionē illi quē
leſit v̄bo in rixādo. Argumentū ad h̄
eſt Exo. xxj. vbi dicit. Si aliq̄ rixati
fuerint. ⁊ ꝑcuſſerit alter alterū ⁊ mor-
tuus non fuerit. ſʒ in lecto iacuerit. te-
nebit eidē ad expēſas in medicos. Si
hoc verū eſt de leſione tali. ğ ⁊ verbo
ſatiſfacere debet qui verbo leſit. cum
verbis aliq̄n grauius q̄s ledat q̄ꝫ pla-
gis. Scd̄o cito tenet etiam ad ſatiſfa
ctionē. quia in reſtitutionib⁹ q̄n ſine
die debent. omi die debent. Ita ⁊ hic.
Vñ Eph. iiij. Sol nō occidat ſuꝑ ira-
cundiā v̄ram. Tertio etiam in ſatiſfa-
ciēdo ſic debet cauere a modo ſupbo
vel aſperitate. ꝙ ſatiſfactio ꝓſit ad cu-
rationē ire fraterne. Propter illa di-
cit Aug. i regula. Qui cōuitio vł ma-
ledictione vel etiā criminis obiecto. ali-
quē leſerit. meminerit ſatiſfactiōe q̄n
totius curare qđ fecit. ¶ Dubitat ſe- H
cūdo. Per q̄t q̄s ſatiſfacē debet. Rñ-
detur ꝑ tria pōt hm̄ōi ſatiſfactio eſſe.
Vna ꝑ verba. vt cū q̄s petit veniā de
offenſa ab offenſo. Sic faciebat Au-
guſtinus ſcribēs Hieronymo. Obſe
cro te ꝑ māſuetudinē Ieſu xp̄i. ſi leſi
te. ignoſce mihi. Alia ē ꝑ corpis hūili
tatē. Sic fecit Semei Dauid cui ma
ledixit. ij. Reg. xix. Semei ꝓſtrat⁹ co
rā rege ad eū dixit. Ne repures mihi
ad iniq̄tatē neq̄ memineris iīuriā ſer
ui tui ⁊c̄. Tertia eſt ꝑ obſeq̄a. Sic Ia
cob munerib⁹ voluit placare fratrem
ſuū Eſau. Ro. xij. Si eſurierit inimi-
cus tuus ciba illū. ſi ſitit potū da illi
.q.d. ꝑ hoc placabis illū. ⁊ redibit ami
citia. Dubitat tertio. an q̄libet offen I
dens teneat ad om̄s hm̄ōi ſatiſfactio-
nes: Rñ. ꝙ nō. Sicut ledēs aliū in re
bus. nō tenet niſi ad certā q̄ntitatē rei
reſtituēde. Ita ⁊ offendēs in v̄bo. nō
tenet ad oēs ſatiſfactiones. ſʒ ad certā
ſm̄ q̄ntitatē offenſe. Dubitat quarto.
q̄ꝫ ſtatim offendens teneat recōciliare
offenſuʒ: Rñ. Aut offenſus ē abſens.
aut p̄ſens. Si abſens. ſufficit offendē
ti ꝓpoſitū ſatiſfaciēdi ſine mora cum
poterit. ſicut in reſtitutionibus. Nec
oportet ꝙ vadat in hoc caſu pedibus
ſed ſufficit ani⁹. Si v̄o eſt p̄ſens. Aut
fuit leuis offenſa ita ꝙ ñ credit offen-
ſus grauiter turbatus. vel grauis. Si
leuis pōt differre ſatiſfactio vſq̄ ad tē
pus modicū. Si v̄o grauis. debʒ ſine
mora ſatiſfieri. Tuʒ rōne debiti qđ oī
die debet. Tum etiā rōne charitatꝫ fra
terne. Debet enim operaʒ dare ne ira
creſcat in odiū. ⁊ trabē faciat de feſtu-
ca ⁊ aiam faciat homicidā. vt Augu-
ſtinus vbi prius dicit. ¶ Dubitat qui

to. vtrū leſus in caſib⁹ p̄dictis teneat̄
dimittere offendenti impenitēti. nec
ſatiſfacienti. cum deus cuius miſcḋia
hūanam excedit in infinitū nunq̄ȝ di-
mittit impenitēti. R̄n̄. q̄ ſic q̄tum ad
remiſſionē intrinſecā cordis. q̄ ad ran
corē vel iram. nō rōne illius. qꝛ impe-
nitens eſt. ſ; rōne ſuipſius ne peccet
Non eſt aūt ſimile de deo cui⁹ ira nō
eſt peccatū. Impenitēti tamē peccanti
in nos. nō tenemur dimittere dimiſ-
ſione exteriori. Vn̄ Luc. xvij. Si ſe-
pties in die peccauerit in te frater tu⁹
ꝛ ſepties in die ad te conuerſus fuerit
dicens. Penitet me. dimitte illi. dicit
gloſa. Non iubemur paſſim peccata
dimittere. ſ; penitēti. que intelligēda
ſunt q̄ impenitēti peccanti in nos nō
tenemur peccata dimittere dimiſſiōe
exteriori. vel q̄ nō tenemur in foro pe
nitētiali impenitēti dimittere. ¶ Du-
bitat̄ ſexto. quid ſit illa dimiſſio exte-
rior quā dimittit offenſus offendenti:
Non ē peccatum. quia hoc tm̄ deus
dimittit. Nec ſatiſfactio. quia illa ſol-
uitur tunc. R̄n̄. q̄ eſt acceptio ſatiſfa-
ctionis vel indicatio recōciliationis.
verbo vl' facto expreſſa. vt cum offen-
ſus offendētem flectētem genua ele-
uat. vel dicit. dominus parcat tibi. vl'
parco. vel ſatiſfactum eſt mihi. vel ſi-
milia. ¶ Dubitatur ſeptimo. an poſt
huiuſmodi ſatiſfactionē vel etiam an
te facta dimiſſione intrinſeca. licet ſi-
gna rancoris retinere: R̄n̄. Signorū
huiuſmodi. q̄dam ſunt ꝓpinqua. q̄dā
remota. Propinqua q̄ ingerūt ꝓba-
bilē ſuſpitionē de rancore. vt cū aliq̄s
nunq̄ȝ vult alteri loq̄ ꝛ toruo vultu ſp
cum reſpicit. ꝛ ſimilia. Et iſta nulli li
cet retinere. qꝛ ab oī ſpecie mala abſti
nendū eſt ſm̄ ap̄lm. Et ſic Eleazarus
abſtinuit a carnibus q̄ ſimiles erant
porcinis ne ſcandalizaret. Ita nemo
debet illa ſigna facere per q̄ probabi-
liter crederetur eſſe in odio. Remota
ſunt que non ingerūt argumētum de
odio. licet odiū ſubſequat̄. vt ſūt. ſub
tractio familiaritatis. ꝛ fruitio ꝝ aliq̄ꝝ
ꝛ ſimilia. Et iſta licet retinere oībus.
dūmodo nō fiat malo aīo. imo pōt
eſſe interdū meritoriū. cū ſit ꝓpter bo
nū alteri⁹. Nō aūt interdū dī qꝛ h̄ nō
debēt facere pfecti. ſi intelligat̄ q̄ hoc
non ē pfectōis. verū eſt. aliter nō vide
tur eē verum. Dubitat̄ octauo. Vtrū
iniuriatus teneat̄ q̄rere reconciliatio
nē iniuriātis. ipſo non petēte. R̄n̄. q̄
non tenetur ex hoc ſolo. ſ; rōne frater
ne charitatꝭ poſſet teneri in caſu ſcȝ ſi
crederet̄ ꝓbabiliter q̄ p hoc liberaret
aīam eius ab odio mortali. ꝛ nō eſſet
occaſio mali in eo. vl' in alijs hmōi ex
cellēs humiliatio. Quod aūt Dauid
iniuriat⁹ q̄ſiuit recōciliationē a Sau-
le non penitēte. ꝛ ſimilia opa ſanctoꝝ
nō oportet q̄ imitemur qꝛ magne pfe
ctionis opa fuerunt. ¶ Dubitat̄ nono
Eſto q̄ aliq̄s offendat aliū vbo in ſe-
creto. ꝛ peta offenſus ſatiſfactionē in
publico. nūq̄d tenet̄ ad hmōi ſatiſfa-
ctionē offendēs vl' ecōuerſo offendat
aliquis aliquē in publico vult ſatiſfa
cere tm̄ in ſecreto. nūquid ſufficit ei:
R̄nſio ad primū q̄ nō tenet̄ niſi forte
qḋ factū fuit in ſecreto. publicū fuiſ-
ſet. Sic fur q̄ latent̄ accipit. nō tenet̄
publice reſtituere. Ad ſcḋȝ dōm. q̄ nō
ſufficit. Argumētuȝ ē ad h̄ Act. xvj.
de Paulo. cui publice condēnato ad
carcerē nō ſuffecit occulte liberari. ſ;
publice. Dubitat̄ decimo. Ponat̄ q̄
aliquis impoſuerit alteri culpā. ꝛ le-
ſus nō vult accipe ſatiſfactionē a ledē
te. niſi dicat ſe mētituȝ fuiſſe. nūq̄d te-
netur ad hoc ledēs. R̄n̄ ſi ledēs ſcit ſe
dixiſſe verū. nullo modo dȝ dicere cō
trarium. nec hoc dȝ ab eo requiri. Si
autē ſcit vl' credit ſe dixiſſe falſum vel
dubium. ſm̄ q̄ habet in cōſcia ſua. ſic

N

dicere dʒ. Sic̄ reſtituere tenet̄ q̄s rem
ablatā cū dāno ſue rei. Pōt tñ adijce
re aliq̄ alleuiantia culpā ſuā. videlʒ ꝙ
ex animi turbatōe illō dixit. vel ꝙ ita
audierat. vel credebat tūc. lʒ modo re
putet falſum. Ad hoc autē ꝙ dicat ſe
mentitū fuiſſe nō tenet̄. qꝛ ꝑ hoc reue-
laret ſecretū mentis ſue pctm̄. qō ſibi
multū noceret ⁊ alijs nō ꝓdeſſʒ. qꝛ ita
reſtaurat̄ fama alteri ꝑ h̄ ꝙ cognoſcit
ſe falſum dixiſſe. ſicut ſi diceret ſe mē-
O titū fuiſſe. h̄ oia Hūbert⁹. ¶ Dubitat̄
.xi. q̄d facere debeat offendēs q̄ petit
veniā a leſo ʒ leſus nō vult dimittere.
Rñ. Aug. i quodā ſmone ſic. Si fra-
tri tuo ꝑ te offenſo i corde in vera hūi-
litate ⁊ charitate nō ficta dicis. Dimit
te mihi. ⁊ ille noluerit tibi dimittere.
noli eſſe ſollicit⁹. ſui eſtis ambo. vnū
dñm habetis. Cōſeruo tuo debes. euʒ
rogaſti. noluit tibi dimittere. interpel
la dñm amboꝝ. ⁊ qō tibi dimiſit dñs.
ſi pōt exigat ſeru⁹. Vult Aug⁹. ꝙ pe
tēdo veniā a ſuo tali. ⁊ poſt vel ante a
deo liber ē. lʒ ſi intulit damnū. pro il-
lo ſatiſfacere debet leſo. Et leſus gra-
uiter peccat. cuius. vt dicit Aug⁹. ora
tio nō exaudit̄. munus nō accipitur.
P nec dimittit̄ pctm̄. ¶ Dubitat̄. xij. vtꝝ
prelatus aut alius ſupioꝛ rōne iſtius
precepti de recōciliatōe fratris tenea-
tur veniā petere ſm modū dictū a ſub
dito ſuo. q̄ euʒ iniuſte leſit. aut i corri-
gēdo modicū leſit: Rñ. Aug. in predi
cto ſmone dicens. Sūt ꝑſone hūiles
ꝑ ordinē ſeculi hui⁹. a q̄bus ſi petim⁹
veniā extollunt̄ in ſupbiā. Et ſubdit.
Durū videt̄ vt iubeā ꝙ ſi hō dñs pec-
cat in ſeruū ſuū. iniuſte litigādo. iniu-
ſte cedēdo ⁊ ſil'ia ꝙ dicat ille iſti. Igno
ſce. da mihi veniam. non qꝛ non dʒ fa
cere. ſed ne ille incipiat ſupbire. Quid
ergo faciet dñs añ oculos dei penite-
at eū. Et ſi non pōt dicere ſuo ſuo. qꝛ
non opoꝛtet. da mihi veniā. blande tñ
illū alloquat̄. Blanda em̄ appellatio
venie eſt poſtulatō. Et in regula dicit
Aug⁹. Quando neceſſitas diſcipline
vos dicere dura v̄ba cōpellit. ſi etiam
voſipſi exceſſiſſe modū ſentitis non a
vobis exigit̄. vt a vobis ſubditis veni-
am poſtuletis. ne apud eos q̄s opoꝛ-
tet eē ſubiectos. dūʒ nimiū ſeruat̄ hu-
militas regendi frangatur autoꝛitas.
¶ Quo ad ſcðm ꝑncipale ſciendū. ꝙ Q
xp̄s alio mō iubet oꝛe bñfacere videlʒ
inimicis bñdicēdo. eis non detrahen-
do. Vñ Rom. xij. Nemi malū ꝑ ma-
lo reddētes. ʒ bñfacite ꝑſequētib⁹ vos
bñdicite ⁊ nolite maledicere. Et idem
xp̄s iubet Math. v. dicēs. Oꝛate pro
ꝑſequētibus. videlʒ ꝑ opa. ⁊ calumni
antibus vos ſcʒ ꝑ verba. Calumniari
etem̄ eſt niti defectū in aliquo inueni
re vel crimē ſibi imponere. Et eſt du-
plex calumniatoꝛ. Vnus ē qui falſuʒ
crimen. aut defectuʒ alteri imponere
nitit̄. aut ſi verū. tamē occultū. impo-
nit publice. non ſeruato oꝛdine diui-
ni iuris. Et facit hoc tm̄ in malū alte-
rius. vt inde puniatur vel diffametur.
Alter eſt q̄ etiaʒ bñfacta ab alio cona
tur oſtendere mala. aut ficte facta. vt
eum ꝑ hoc hypocritaʒ oſtēdat. aut vt
ad penā vel malam famā apud alios
trahat. ¶ Sʒ dubitatur. vtrum aliq̄s R
peccet infamiā non repellēdo: Rñdet
Tho. quodlib. ix. q. vj. arti. ij. Vtrūqʒ
ſcʒ contēptus fame ⁊ appetitus pōt eſ
ſe laudabil' ⁊ viciosus. Fama em̄ non
eſt neceſſaria homini ꝓpter ſeipm ſed
ꝓpter ꝓximū edificādū. Appetere er-
go famā ꝓpter ꝓximū charitatis ē. ap
petere vero ꝓpter ſeipſum ad inanem
gloꝛiam ſpectat. Et econtrario cōtem
ptus fame rōne ſuiipſius humilitatꝭ
eſt. Rōne vō ꝓximi ē ignauie ⁊ cru
delitatis. ¶ Illi ʒ quibus incūbit ex S
officio vl' ex ſtatu ꝑfectōis alioꝝ ſalu-
ti ꝓuidere peccāt niſi [illegible] famā ꝓpriam

ſuxta poſſe repellant. Alij vo qb⁹ ma
gis cuſtodia ſue ſalutis imminet. pñt
ſue hūilitati ꝓuidentes famā vel infa
miā ɔtemnere. Sȝ cū infamia duplr
repellat. ſ. occaſionē ſubtrahēdo ⁊ lin
guas detrahentiū cōpeſcendo. Prio
mō oēs tenet infamiā vitare. alſ ſine
ſcandalo actiuo fieri nō poſſet. qḋ ſp
eſt pctm̄. Sȝ ſcḋo modo nō tenet niſi
quātū debet aliqs ſaluti ꝓximi ꝓuide
re. Vñ Greg. omel. ix. ſup Ezech. dic
Linguas detrahentiū ſicut non debe
mus nr̄o ſtudio excitare ne ipſi pere-
ant. Ita p ſuā maliciā excitatas debe-
mus equanimiter tolerare vt nob me
ritū creſcat. Aliqn̄ etiaȝ cōpeſcere. ne-
dum de nobis mala diſſemināt. eorū
q nos ad bona audire poterant corda
innocentiū corrūpāt. Et. j. Ui etenim
quoꝝ vita in exēplū imitatōis ē poſi-
ta. dñt ſi poſſunt detrahentiū ſibi vba
cōpeſcere. ne eoꝝ pdicationē nō audi
ant qui audire poterāt. ⁊ i prauis mo
ribus remanētes beneviuere cōtēnāt
hec de Tho. Poſſunt tñ ſaluo pfecti
onis ſtatu pfecti orare deū vt liberent
a calumniantibus ne in eoꝝ pſecutōe
ruant. Vñ ps. Redime me a calūnijs
T hoīm vt cuſtodiā mādata tua. Quo
ad tertiū principale iubemur etiā ore
orare ⁊ corde ꝓ perſequētib⁹ ⁊ calūni-
antib⁹ nos qtenus ɔuertantur. Et hec
orō a fidelib⁹ diligētiſſime ē obſeruan
da. qꝛ exaudibiliſſima eſt. ⁊ maxīe me
ritoria. qꝛ ex magna charitate ꝓcedit.
Cōſūmata em̄ charitas facit ꝓ inimi-
cis orare magno deſiderio vt ɔuertan
tur ab errore vie ſue. Nec quicq̄ vt dic
Chryſo. ſic xp̄itiū eſt vt inimicos ama
re ⁊ ꝓ pſequētibus ⁊ calūniantib⁹ ora
re. Et viceuerſa int oēs nr̄as orōnes il
la peior eſt ⁊ piculoſior ⁊ irrōnabilior.
q oramus vt nos deus vindicet de ini
micis nr̄is. Tales vt Chryſo. dicit. ſa-
gittas pernitōſas infigūt. ⁊ dignos ſe

efficiūt vt malū qḋ inimicis imꝓcātur
eis deus infligat. Et ſm eundeȝ. cū a
proximis moleſtamur. nō hoī cui cō-
pati deberem⁹. ſ; demoni hoieȝ vexan
ti indignari deberem⁹. Si em̄ ipe hō
nāliter hoi febricitāti gūiter cōdolet
nō iraſcit. Cur a ic demoniacꝭ infirmi
tatib⁹ preſſe qn̄ iniriat ſi ɔpateremur.

Capitulum. ix.

D e tertio modo diligēdi inimi-
cos. videlȝ bñfaciēdo cōtra eo
rum pſecutōes. vbi tria ſunt di
cēda. Primo vtrum ex pcepto tenea-
mur inimicos nr̄os diligere effectiue
ſic ꝙ eis bñficia impēdamus ⁊ exteri-
ora ſigna dilectōis oſtēdamus. Scḋo
an ſit magis meritoriū. inimico bñfa-
cere ꝙ̄ amico. Tertio ꝙ̄ malū ſit ran-
corē ɔtra ꝓximū tenere. Circa ad A
primū notandū ſm Tho. ij. ij. q. xxv.
ꝙ bñficia ⁊ dilectōis ſigna que qs ex-
hibet ꝓximis i cōmuni vel ꝓ toto po-
pulo alicuius ciuitatis vel pro alicui⁹
monaſterij cōitate. talia bñficia ⁊ dile-
ctionis ſigna exhibere inimicis eſt de
neceſſitate pcepti. ita ꝙ homo in tali
caſu etiā inimicos ſuos ꝓpter inimici
tiā a generalitate nō excipiat. ſm mo
dū de interiori dilectōe ſupra tactum
qꝛ effectus ⁊ ſigna charitatis exterio-
ra dñt ꝓportionari interiori affectui.
dilectio aūt vt ſupra tactū fuit in com-
muni etiā ad inimicū eſt pceptū. Et ſi
inimicis pſati effect⁹ nō exhiberēt. pti
neret ad vindictā iniuſtā. cōtra illḋ Le
uitꝭ. xix. Nō qras vltionē ⁊ nō erꝭ me-
mor iniurie ɔciuiū tuoꝝ. Et ſm Rich.
in. iij. ſniaꝝ. etiā hō tenet inimicꝭ ſuis
effectū ſalutatōis ɔſuetū ⁊ cōis ipēde-
re. id ē. tenet exhibere eis iſtā ſalutati-
onē q ex cōi ɔſuetudie illi⁹ loci ab oī-
bus ſolet ipēdi. niſi forte i caſu q time
ret iſtū ex hoc ꝓuocari vl̄ ſemetipſuȝ.
vl̄ timeret aliquod aliud malū ex hoc
oriri. Alia ſunt beneficia aut dilectio-